

scopum lincopensem dompnum wimundum prepositum lincopensem Dominum Johannem cnutsun Dominum hulmwidum elefsun & thorkillum ærringislæsun dictum dyacn. quorum eciam sigillis, cum sigillo domini mei regis, domini th, knutsun marscalki, domini suantapulc & meo, ipsum postulo roborari. Actum apud ringshult anno domini Millesimo, ducentecimo, Nonagesimo Nono Decimoseptimo Kalendas Augustj.

Sigillen N:o 1, 4, 5, 7, 8, bortfallna, N:o 2, 3, 6, 9 mer och mindre skadade.

1279.

1299 d. 20 Aug.

Kaniken CHRISTIANS i Lund testamentariska anordning om dess qvarlåtenskap.

B. 1: 233.

*Testamentum domini cristiarni canonici super una curia in parochia beati pauli pro anniuersario suo.*

In nomine sancte & indiuidue trinitatis patris & filii & spiritus sancti Amen. Ego CRISTIARNUS presbiter canonicus lundensis mente & corpore sanguis volens a deo de bonis mihi collatis. licet non digne tamen deuote deo & humiliter famulari Nichil enim habet homo vnde digne suo possit responderem creatori Ad anniuersarium meum singulis annis tenendum. do lego & seoto capitulo lundensis ecclesie curiam meam quam habeo lundis in parochia beati pauli iuxta cimiterium. ita quod fructus siue pensiones de eadem curia prouenientes. annis singulis taliter diuidantur primo videlicet deducatur dimidia marca ad offerendum in die anniuersarii mei Canonicis residentibus & non residentibus. qui vigiliis & misse interfuerint detur dimidia marca denar. item, ad pitanciam canonicorum dimidia marca denar. item vicariis qui similiter misse & vigiliis interfuerint. due ore denar. Pauperibus scolaribus chorum frequentantibus II ore denar. item fratribus predicatoribus. II ore denar. ffratribus minoribus dimidia marca denar. item ad diuidendum inter pauperes publice mendicantes. dimidia marca denar. erogetur. totum vero residuum quod de redditibus dicte curie poterit prouenire. cedat fabricie ecclesie beati laurencij & mense canonicorum inter se equaliter diuidendum ita tamen quod procuratores bonorum dicte mense canonicorum sub quorum ordinacione volo dictam curiam post dies meos in perpetuum permanere debent reparacioni dicte curie prouidere. Concedo eciam & volo si capitulum lundense viderit & prospiciat expedire. de consensu domini archiepiscopi. predicta curia vendatur & pro aliis bonis commutetur vnde

maiores vel equales. poterint prouenire jtem confero fabrice ecclesie beati laurencij sex marcas denar. apud quam intencionis mee est sepeliri si deus dederit ante mortem meam interdictum relaxari Sed si nunc durante interdicto me mori contingat. apud minores eligo sepulturam quibus tunc sex marcas denar. confero. & fratribus duas marcas ad eorum recreacionem et ecclesie beati laurencij II marcas denar. jtem confero & lego monasterio de heriuado II marcas denar. Monasterio omnium sanctorum lundis II marcas denar. Monasterio dalby II marcas denar. Monasterio in asilo II marcas denar. jtem cuilibet monasterio premonstratensium in scania dimidiā marcam denar. jtem fratribus predictoribus lundis II marcas denar. jtem fratribus predictoribus in halmstathe et hælsinborgh cuilibet claustro eorum marcam denar. fratri swenoni *cincopa* socio meo condam dimidiā marcam denar. jtem fratribus minoribus in ystath & træleborgh cuilibet claustro eorum marcam denar. jtem claustro monialium lundis & claustro monialium in byrthinge. cuilibet marcam denar. jtem claustro sanctimonialium in bosø marcam denar. jtem priorisse & monialibus ibidem ad suam collationem marcam denar. jtem hospitali sancti spiritus lundis II oras denar. Cuilibet hospitali leprosorum in scania. II oras denar. jtem confero ecclesie beate virginis in hælsingborgh curiam meā quam emi & construxi funditus. sub hac forma II oras det fabrice & II oras pauperibus et teneat anniversarium meum annuatim sed si persona vel vicarius in dicta curia residence noluerit. tutores ecclesie ordinacionem predicte curie habeant cum conditionibus supradictis jtem lego ecclesie withingsløff II marcas denar. jtem ecclesie rethersløff. marcam denar. jtem ecclesie beati pauli lundis. marcam denar. jtem cuilibet ecclesie parrochiali ibidem oram denar. sacerdotibus earum cuilibet tantum jtem ministris ecclesiarum pro pulsacione cessante interdicto cuilibet dimidiā oram denar. Constituo exequatores testamenti mei dominos. jon little. magistrum laurencium. aslonem. concanonicos meos \*) vt ipsi de rebus meis ordinent bene et honeste. sicut anime mee viderint expedire Ad que soluenda. deputo decretales meas proprias. & denarios quos mihi tenetur dominus johannes hwth ripensis canonicus pro decreto inpignerato & pro aliis Si quis autem voluntatem meam hanc vltimam infringere vel contraire presumpserit. causa odii vel amoris iram dei omnipotentis & sanctorum apostolorum petri & pauli se nouerit incursum Jn cuius rei testimonium presentem litteram. sigillis capituli lundensis abbatis monasterii omnium sanctorum. prioris ordinis predictorum gardiani ordinis fratrum minorum & predictorum exsequitorum vna cum meo proprio facio communiri anno dominj MCCXCIX tercio decimo kalend. septembbris.

---

\*) Här följer ett litet tomt rum i Codex.